



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Henrici || S<sup>v</sup>sonis Viri Sanctita-||te, Ervditione Et  
Mi-||racvlis Clari, Opera**

**Seuse, Heinrich**

**Coloniae, 1615**

De amicabili quadam ratione cum Deo quandoque inita. Capvt XXXI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38029**

550 D. HENRICI SVSONIS.

illa hominum frequentia iurantem, siquid  
te usquam compireret, gladium per tua la-  
se adactum. Idem iurârunt etiam aliqui  
nobiles eius consanguinei, qui per aliquam  
nobia eo nomine te perquisierunt, ut scel-  
tam in te voluntatem suam possint esca-  
re. Vide igitur cautè te geras, caueasq; tibi qua-  
ptas consultum vitæ tuæ. His auditis, pertinac-  
Minister, dixitq; ad fratrem, scire se velle q;  
re mortem illam esset commeritus. Aitfrat-  
Relatum est illi Domino filiam te suam, u-  
rosq; alios, ad singulare quoddam virgo  
traduxisse, quod spiritale vocetur, eiusq;  
tores spiritales dici: persuasumq; est illi, u-  
genus homines mortalium omnium longo  
terrimos esse. Præterea aderat illic aliud  
dam homo audax & ferus, qui te affirmas  
charissimam sibi abstraxisse coniugem, in  
illa operta facie nolle ipsum adipicere, sed  
trorsus duntaxat veller respicere: cuius rei  
authorem proclamabat. Haec ubi Minister  
dicit, gratias egit Deo, festinatoq; intro-  
sus ad cancellos, dixit filiabus suis: Virilis  
gite filiæ charissimæ, en recordatus est mei.  
nec adhuc illum mei cepit oblitio: narrat  
eis immanes illos rumores, ut pro beneficiis  
maleficia ipsi homines reddere molirentur.

*De amicibili quadam ratione cum Deo,  
quandoque inita.*

CAPUT XXXI.

**E**odem afflictionis tempore, atque iudeo-  
in locis, ubi tum morabatur Minister, se  
grelo-

gressus nonnunquam in valitudinarium sue  
domum infirmorum, ut ægrè affecto corpus-  
culo suo aliquod impertiret leuamentum, cū  
ad mensam federet taciturnus more suo, scom-  
matibus & verbis insolitis exercebat: quod  
principio quidem multum illi dolebat, se-  
que instantum miserabatur, ut haud raro fer-  
uentes lachrymæ per eius faciem deciderent,  
vnaque cum cibo & poru in eius os deferren-  
tur. Leuat is autem sursum oculis, intimis sus-  
pirijs compellabat Deum in hunc modum: Pi-  
jissime Deus, non tibi sufficit miseria & cala-  
mitas mea, qua noctu diuque afficio, nisi et-  
iam modica, quam accipio, esca mihi in sum-  
mam vertatur a maritudinem? Accedit id illi  
trebro sanè. Quadam vice ex mensa surgens,  
non potuit se ultra cohibere, quin ad secretum  
suum abiret locum. Deoque has offerret que-  
rimonias: Dulcissime Deus, Mundi totius do-  
mine, pium ac benignum te præbeas oro erga  
me miserum. Si quidem hodie mihi tecum ra-  
tio ineunda est: id quod prætermittere non  
possum. Et quamuis nulli quicquam debeas,  
nec obligatus sis vlla in re ob immensam ma-  
iestatem tuam, decet nihilominus infinitam  
bonitatem tuam, ut animum afflictionib-  
us prægrauatum in te patiaris captare refri-  
gerium ex gratia tua, præsertim qui neminem  
habeat alium, cui conqueri possit, aut qui ip-  
sum consoletur. Ecce Domine te ipsum testem  
adhæbo, qui nōsti omnia, ab ipso matris vte-  
ro semper me cor pium habuisse. Neque enim Deum pietate  
quemquam vñquam afflictum vel incerentem  
adspexi, cui nō medullit cōdolerē: nec vñquā  
is suę testem inuocat.

Mw 4 audire

ut facta cu-  
ijsuis quæq;  
excusauerit,  
vique ab ali-  
orum tam  
derogatione  
abhorruerit.

audire potui vel præsente vel absente pro-  
mo, quod eum grauare potuisset. Habeo hunc  
rei testes socios meos omnes, raro ex me andis  
se quemquam, verbis meis siue fratris, siue  
iusuis alterius hominis facta in peiorem pa-  
tem me interpretari vel apud superiores, id  
quoslibet alios. Immò verò mortalium on-  
nium facta, quoad potui, in mitiorem partem  
semper traxi: vbì id non licuit, tacui, aut cer-  
fugi, ne talia audirem. Quorum autem aduen-  
famæ vel existimationi aliquid derogatum  
illis me ex miseratione magis familiarem  
hibui, quo tanto facilius sua eis existimam  
salua redderetur. Miserorum fidus pater  
vocabar: omnium Dei amicorum amiculus  
singularis. Quotquot tristes aut afflicti adme-  
accessissent, aliquid saltē ex me consilijs  
portarunt, ita ut hilares & bono animo am-  
recederent. Siquidem flebam cum flentibus  
dolebam cum morentibus, donec eos materna  
pietate erigerem & consolarer. Nūquam quic-  
quam tam mihi molestus fuit, quin statim to-  
tum illi condonarem perinde ac si nihil mihi  
nocuisset, si vel semel placidus mihi arrident.  
Et quid me necesse est Domine commemorare  
de hominibus, quando etiam quorum libe-  
nimantium, aiuum, bestiolarum indigentia  
afflictio visu vel auditu mihi cognita, cor me-  
um adeò torsit, ut rogarem omnipotentem  
Deum, eis subuenire dignaretur. Quicquid in  
terris degit, pietatis & benevolentiae viscera in  
me comperit. Tu verò piissime Deus permisisti  
quibusdam, quales Apostolus vocat falsos fra-  
tres, ut nimis quam verociter erga me lego-

OIV

45

Iob. 12.

Rom. 12.

2. Cor. II.  
Galat. 2.

rāt, ut & tibi Domine satis perspectum, & omnibus notum ac manifestum est. Quælo id attendas Domine, & per te ipsum me recrees. Posteaquam diu satis anitum suum hac ratione apud Deum refecisset, tranquilla quadam potitus est requie, & diuinitus eiusmodi illi illuxit responsum: Ratio tua puerilis, quam mecum iniuisti, inde proficiscitur, quod non semper & quæ attendis verba gestusque Christi Iesu patientis. Noueris sanè non id satis esse Deo, quod ad te actinet, si sis corde pio ac benigno, sed adhuc perfectius aliquid à te requirit. Vult ille mimirum, ut vbi quis verbis vel moribus indignè ac inhumaniter te tractat, non solum id feras æquanimiter, sed etiam adeo moriaris tibi ipsi, ut somnum non sis atius capere, donec eiusmodi hominem accedas, blandisq; ac modestis placidisq; sermonibus & gestibus tuis, quarenus fieri poterit, animi eius ferocitatem & impetum lenias atq; tranquilles. Si quidem istiusmodi leni modestia ac humilitate gladiū ex eius manibus extorques, afficisq; eum in sua malevolentia prorsus infirmum ac imbecilem. Ista videlicet est antiqua perfectionis semita, quam Christus suis tradidit discipulis: Lue. 10. cum ait: Ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Matth. 10. Deinde vbi ad se redijt minister, visa est ipsi hæc perfectionis semita plus satis molesta ac difficultis, nec sine tædio inde cogitare poruit, maioriq; cum tædio eam nitebatur ingredi: qz nihilо secus animo resignato cœpit conatum adhibere suum, vt disceret eo gradi itinere. Accidit postmodum, ut Laiçus quidam frater plus satis tumidè & efferratè cum illo collo-

Qualiter in  
iurantibus  
obviaadum.

M m 5

querē

queretur, ac notabili eum iniuria afficeret. Tunc ille patienter, & id volebat esse satis. At minus admoneri se sensit plus aliquid praestare debere. Ad uestigia rascente ergo die, Laico illo fratre in valetudinario cœnari capiente, Minister ad ostium valetudinario eum ingressum sustinuit; moxque ad egredientis uestigia pro-

**OIV**  
45

uolutus, humiliiter eum obsecravit, dicens: Quem preuenit rissime & religiose pater, queso te ob honestatem humilitatem ac patientiam.

miserere mihi remittas propter Deum. His ulti frater ille Laicus primum tacitus substitutus, inde suspiciens, alta dixit voce. Pater, quid me facis? Nunquam quicquam mihi notasti, non magis quam alijs. At ego insigniter molestia affeci, teque dire affixi petulantissima mordacitate mea. Quod ut mihi condonem iam atque etiam rogatum te velim pater, que hoc pacto animus eius sedatus est, & tu quillitati redditus. Quodam tempore illius mensam in valetudinario sedenti Ministro, frater quidam procacibus verbis molestus fuit. Ad quem ille admodum benignè se conuentus, arrisit illi, tanquam qui singulari quo

**Alterius item**  
procacitatem  
benigne sustinens, cum compunctum reddidit.

beneficio ipsum affecisset. Id vero fragmentum intus adeò compunxit, ut non solum sceret, sed etiam suum illi vultum omnino placidum exhiberet. Facto prandio, idem frater narravit hoc in virbe, dicens: Hodie tanta affectus sum verecundia & dedecore ad mensam residens, ut non quara maiori me affectum patem. Cum enim erga Ministrum indignè petulantiter me gererem, serenissimum mihi exhibuit vultum, adeò ut pudore suffuderem.

Quod

Quod illius exemplum semper mihi profutu-  
rum spero.

*Et pranimia afflictione quandoque ad mortis usque  
discrimen adductus sit.*

## CAPVT XXXII.

**C**ontigit quodam tempore, ut non paucis  
noctibus ē somno nō sine terrore exper-  
recto, nescio quidnam, mox Psalmum  
illum de Christi passione, cuius est initium, psalm. 21.  
*Deus Deus meus respice in me*, inchoaret. Quem  
Psalmum Dominus Iesus in cruce pendens, at-  
que illa extrema necessitate tum à Patre, tum à  
creaturis omnibus derelictus, fertur dixisse.  
Quæ quidem continua huius Psalmi repetitio  
vel commemoratio initij illius, simul atq; eu-  
gilasset, admodum perterrituit Ministrū, haud  
vulgariter sibi metuentem. Clamavit ergo ad  
Dominum cruci harentem, idque cum acerbis  
lachrymis, dicens illi: *Eheu Domine Deus, no-*  
*vane rursus mihi tecum ferenda crux est, vel*  
*crucifixio?* Quod si ita est, cōple obsecro in me  
miserio innoxiam atq; sanctissimam mortem  
tuam, sisq; mecum, & tuo auxilio fretum fac  
afflictionem omnem superare. Accidente de-  
inde cruce, ut illi fuerat antē significatum, im-  
manes quædam afflictiones, de quibus hic non  
expedit dicere, illi accrescere coeperunt, atque  
indies augmenta capere, quæ tandem usque eo  
excreuerunt, ut illum alioqui debilem, ad ex-  
tremum vitæ punctum perducerent. Cū enim  
vice quadā extra cœnobiū cōstitutus serō cubi-  
tum,